

„Nem súlyed az emberiség!”...

**Album amicorum
Szörényi László LX. születésnapjára**

Főszerkesztő: JANKOVICS József
Felelős szerkesztő: CSÁSZTVAY Tünde
Szerkesztők: CSÖRSZ Rumen István
SZABÓ G. Zoltán



Nyitólap: www.iti.mta.hu/szorenyi60.html

MTA Irodalomtudományi Intézet
Budapest, 2007

ÉRSZEGI GÉZA

Jó célra, tudnillik az ország védelmére...

Adalék Bakócz Tamásnak a parasztfelkelésben játszott szerepéhez

*In memoriam fratrum**

Ismert, hogy X. (Medici) Leó pápa 1513. július 15-én a magyar Bakócz Tamás bíborost Magyar-, Cseh- és Lengyelországba oldalkövetévé nevezte ki,¹ s – ahogy ez szokás volt – ünnepélyesen, nagy ágyúdörgés közepette került sor a ceremóniára.² Nem volt véletlen a kinevezés, hiszen II. Ulászló király a Bíborosi Kollégiumhoz intézett levelében részletesen taglalta, micsoda veszélynek van kitéve országa a török támadások miatt, s erre válaszul a bíborosok tájékoztatták a királyt Bakócz követi kinevezéséről s a rábízott keresztes hadjáratról.³ A bíboros nem üres ígéretekkel, hanem az egyházi jövedelmek erre a célra való felhasználásának felhatalmazásával foghatott neki a keresztes had megszervezésének.⁴ Október 24-én Bakócz Tamás a konzisztóriumon megkapta a keresztet a pápától a következő szavakkal: *Vedd a legszentebb kereszt jelét és menj, győzd le Krisztus ellenségeit az Atya stb. nevében!* Ekkor is megszólaltak az Angyalvár ágyúi, bár ez a szertartásmesternek nem tetszett, jobban örült volna, ha visszatérésekor a győzelem jeleként dörögnek az üdvölvések. A bíboros az ekkor avatott négy aransarkantyús lovaggal, valamint másokkal, akik a kíséretét alkották, hazaindult Magyarországra.⁵ Március 23-án

* Az Ünnepelet nagybátyja, SZÖRÉNYI Andor, a Budapesti Hittudományi Akadémia néhai biblikus professzora (1951–1966), valamint nemrég elhunyt tanítványa, testvérbátyám, ÉRSZEGI Gábor (1942–2004) emlékének.

1 *Monumenta rusticorum in Hungaria rebellium anno MDXIV*. Maiorem partem collegit Antonius FEKETE NAGY. Ediderunt Victor KENÉZ et Ladislaus SOLYMOSSI atque in volumen rededit Geisa ÉRSZEGI. Bp., 1979, 32–34. (A továbbiakban: MRH.); Bakócz jelentőségére: „*Én apostoli vagyok, ő azonban apostol.*” *Kiállítás a Szentszék és Magyarország ezeréves kapcsolatáról*, Esztergom, Prímási Palota, 1996. június 29–október 8, szerk. ÉRSZEGI Géza [Bp., 1996], 23.

2 ÉRSZEGI Géza, *A Curia Romana középkori levéltárai*, Levéltári Szemle, 28(1978), 337. (A továbbiakban: ÉRSZEGI, *Curia*.)

3 MRH, 27–32.

4 *Uo.*, 35–54.

5 ÉRSZEGI, *Curia*, 337–338.

vonult be Budára.⁶ A keresztes hadjáratot ugyan meghirdette, de a visszaélések miatt végül is kénytelen volt visszavonni,⁷ aminek hatására – ismert módon – felkelés tört ki, és elveszett annak esélye, hogy a török veszélyt megállítsák Magyarország határán. Természetesen a felkelés kárvallottai az 1514. október 18-ra összehívott országgyűlésen megpróbálták részben a káraik megtérítéséről gondoskodni, részben meg elejét venni annak, hogy hasonló eseményekre sor kerülhessen a jövőben. Ami a kártérítéseket illeti, mindenki igyekezett a kárát megtéríttetni, ha lehetett, a felkelésben résztvevő jobbágyok uraival. Persze az ezzel kapcsolatos perek jócskán elhúzódtak, s a végveszélybe került ország utolsó napjaiban, kevéssel a mohácsi csata (1526. augusztus 29.) előtt is még mindig pereskedtek az 1514 derekán elszenvedett károk miatt.⁸ A felkelés okozóját egyértelműen a pápai követben, Bakócz Tamásban és a keresztes hadjáratot hirdető papokban, szerzetesekben találták meg az országgyűlésen ágáló küldöttek. Azzal vádolták a bíborost, hogy szándékosan a nemesség teljes kiirtására hirdette meg a keresztet. Hogy elejét vegyék az újabb parasztfelkelésnek, határozatot hoztak, hogy a jövőben nem lehet többé egyetlen paraszt sem püspök, sem érsek.⁹ Ezzel ha nem is név szerint Bakócz Tamásra, rokonságára és más, alacsony sorból származott főpapokra céloztak. A törvénybe iktatott határozatnál keményebben fogalmaztak eredetileg: meg akarták tiltani minden parasztnak, hogy egyházi javadalomra szert tehessen. Ha nem is sikerült az eredeti szöveget elfogadtatni, azt mégis elérték, hogy paraszt és paraszti származású tanult ember fegyverhez ne juthasson.¹⁰ Hogy mit tett ezalatt a bíboros követ, arról nem sokat szól a fáma. Életrajzírója szerint „...előrelátva, hogy a rendek a bosszúvágy sugallatait fogják követni, ő pedig nem lenne képes a kereszténység és humanitás elveit érvényre emelni, távol maradt...”¹¹ A parasztfelkelés múlt századi monográfusai szerint: *...hazament esztergomi várába, mintegy önkéntes száműzetésben maradva az országgyűlés egész tartama alatt.*¹² Hogy miként is látta a király Bakócz szerepét, azt már korábban is megpendítették. Ismert volt az a forrás, amelyben II. Ulászló király bizonyáglevelet állított ki Bakócz részére, miszerint „...ő a keresztet az ország java s nem a nemesség meg-

6 MRH, 59.

7 *Uo.*, 72–75.

8 1526. március 23-án még II. Lajos királynak utasítania kell Tomori Pál érseket, főkapitányt, hogy a tolnai jobbágyait a felkelés idején okozott károkért kártérítésre szorítsa. MRH 536–537.

9 *Uo.* 262.

10 *Uo.* 274.

11 FRAKNÓI Vilmos, *Erdődi Bakócz Tamás élete*, szerk. SZILÁGYI Sándor, Bp., 1889 (Magyar történelmi életrajzok V), 151.

12 BARTA GÁBOR–FEKETE NAGY Antal, *Parasztháború 1514-ben*, Bp., 1973, 230.

ölése végett osztogatta...¹³ Az oklevél létét megerősítette Iványi Béla regesztája, amely a galgóci Erdődy levéltár okleveleiről készítették között található.¹⁴

Mikor egy emberöltővel ezelőtt keresni kezdtem a nevezetes oklevelet, egészen Bécsig jutottam, ahol a Haus-, Hof- und Staatsarchivban őrzik az Erdődy-család galgóci levéltárát. Akkor a levéltár rendezetlensége miatt nem találtam,¹⁵ s így kénytelen voltam a levéltári elenchus és Iványi Béla regesztája alapján ugyancsak regesztában közölni mindazt, amit az oklevélről tudni lehetett.¹⁶ Azonban ez év nyarán Fazekas István levéltári delegátusunk segítségével végre megtaláltam.

Nemcsak a régen keresett forrás megtalálásának öröme vezet abban, hogy közze tegyem a szövegét, hanem az is, hogy mind Bakócz Tamás szerepének, mind pedig a parasztfelkelés egyes vonatkozásainak jobb megismerését szolgáljam. Többek között ennek alapján egyértelművé válik, hogy Bakócz Tamás királyi parancsra maradt Esztergomban, s csak az országgyűlésen elhangzott vádak hatására kérte a királyt, tisztázza őt a hűtlenség vádjá alól.

Függelék

1514. december 14. – Buda

II. Ulászló király Bakócz Tamás esztergomi érseket az általa meghirdetett kereszties hadjárat következtében kitört felkelés miatt az ellene hangoztatott hűtlenség vádjá alól tisztázza.

(Papírra írt eredeti, szöveg alatt 7 cm átmérőjű pecsét töredéke.

Haus-, Hof- und Staatsarchiv (Bécs),

Familienarchiv Erdődy, Urkunden no 10262 (régi jelzet: 1-2-9).

Nos Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit, universis, quod nobis feria sexta pro-

13 Fraknoi Vilmosra való hivatkozással közli az Erdődy-család galgóci levéltárának elenchusa alapján MÁRKI Sándor, *Dózsa György*, szerk. DÉZSI Lajos, Bp., 1913 (Magyar történeti életrajzok), 519–520.

14 Magyar Országos Levéltár, Másolatgyűjtemény (Q 283), 11. doboz: IVÁNYI Béla regesztái. (Vö. *Jegyzék a Mohács előtti gyűjteményben elhelyezett másolatgyűjteményhez*, készítette TORMA Lászlóné.)

15 Jó szívvel emlékezem NÉMETH Antalra, bécsi levéltárosra, aki mindent megtett azért, hogy megtaláljam a keresett oklevelet a Haus-, Hof- und Staatsarchivban.

16 MRH, 300.

xima post festum beati Briccii episcopi et confessoris proxime preteritum¹⁷ penultima scilicet die convencionis et dicte generalis universorum dominorum prelatorum ac baronum et regni nostri nobilium (quam eisdem ingruentibus arduis eiusdem regni nostri necessitatibus ad festum beati Luce ewangeliste novissime transactum¹⁸ indixeramus et que ob negociorum pluralitatem ac arduitatem tanti temporis spacio protelata fuerat) una cum eisdem dominis prelatis et baronibus hic in civitate nostra Budensi constitutis et existentibus egregii Iohannes de Pakos, Petrus Forgach de Gyemes, Stephanus de Ibran et Martinus de Watha familiares et nuncii reverendissimi in Christo patris domini Thome tituli sancti Martini in Montibus Sancte Romane Ecclesie presbyteri cardinalis et archiepiscopi Strigoniensis ac patriarche Constantinopolitani Sancteque Sedis Apostolice de latere legati compatris nostri carissimi nomine et in persona eiusdem domini Thome cardinalis nostre maiestatis, et predictorum dominorum prelatorum et baronum procerumque veniencium in presenciam per modum protestacionis et gravis querele nobis proposuerunt eo modo, qualiter prefato domino Thoma cardinale et legato (quem nos bonis et racionabilibus respectibus atque de causis durante presente dieta Strigonii permanendum decreveramus et commiseramus) absente quidam nobiles predicti regni nostri Hungarie in ipsa eadem dieta constituti immemores omnis honoris, honestatis atque reverencie memoratum dominum Thomam cardinalem et legatum tantis dignitatibus peditum et vicem sanctissimi domini nostri summi pontificis in hoc regno nostro Hungarie de presenti gerentem laxatis linguarum suarum habenis iniuriose et temere diffamare (licet false et iniuste) non veriti hoc et id in medio ceterorum nobilium ad ipsam dietam congregatorum sparsissent atque disseminassent, quod videlicet ipse dominus Thomas cardinalis et legatus preter omnem scitum et consensum nostrum ac predictorum dominorum prelatorum et baronum, immo studiose ac deliberate in perniciem et exterminacionem nobilitatis tocius regni nostri huius Hungarie cruciatam publicare ruralibusque et rusticis hominibus crucem distribuere fecisset et exinde magna sedicio per totum regnum suborta fuisset et omnes sanguinii effusiones, nobilium et ignobilium interempciones, domorum ac villarum spoliaciones et conflagraciones cunctaque generaliter dampna, pericula, mala et incomoda inter nobiles et rusticos per eum et medio subordinacioneque ipsius maliciose sequuta fuissent et super huiusmodi deliberata malicioseque et subordinata prelibati domini Thome cardinalis cooperacione eciam litteras suas proprias nonnulli se habere et ostendere posse finxissent et acclamassent, unde exacerbatum (eciam alioquin) ex pridierna ipsa rusticorum sedicione populum eiusmodi vanis et falsis suggillationibus seduxissent et in eorum partem in magno satis numero attraxissent, cum quibus una

17 November 17.

18 Október 18.

clamando et vociferando magis quam veritatem aspiciendo et inquirendo alteraque parte nec vocata nec exaudita, immo neque rei veritate cognita et inspecta eundem dominum Thomam cardinalem cum fratribus et familiaribus suis omnibus preter omnem nostre maiestatis ac ipsorum dominorum prelatorum et baronum scitum, voluntatem et consensum nota perpetue infidelitatis reum atque ipsum fratresque suos beneficiis et bonis temporalibus omnibus condemnandos esse temere et inique proclamassent et nostre eciam maiestati in eo supplicassent, ut eadem quoque nostra maiestas ante-fatum dominum cardinalem et fratres ac familiares suos ipsa perpetue infidelitatis nota una cum prenotatis dominis prelati et baronibus gravare atque condemnare dignemur in eiusdem domini cardinalis ac fratrum suorum scandalum, iniuriam, dedecus ignominiamque et sancte sedis apostolice contemptum et vilipendium manifestum.

Cum tamen ipse dominus cardinalis malo animo deliberatoque et studiose vel maliciose contra nobiles nil penitus in hac parte attemptasset, cruciatam eciam ipsam in bonum finem pro defensione scilicet regni huius ac castrorum finitimorum (que tunc extremo in periculo versabantur) conservacione cum scitu, consilio et consensu nostre maiestatis ac dominorum prelatorum et baronum protunc in ipsa dieta lateri nostro adherencium publicare crucemque non pluribus quam semptingentis vel ad maximum octingentis hominibus distribuere fecisset, quos ad Jayczam et alia castra finitima cum reverendo domino Petro episcopo Wesprimiensi thesaurario et bano nostro mittendos ordinasset, unde supplicatum extitit maiestati nostre in persona predicti domini Thome cardinalis, ut sibi super premissis de remedio condigno providere et si ipse de consensu, voluntate ac scitu nostre maiestatis, dominorumque prelatorum et baronum eotunc nobiscum existencium publicacionem ac distribucionem prenarrate cruciate fecisset vel autem proprio motu aut studiose et deliberate in perniciem scilicet nobilium regni huius nostri fecisset – prout maiestati nostre constaret – recognoscere et litteras testimoniales superinde sibi necessarias dare concedereque et preter diem ac terminum certum, in quo coram nobis ac ipsis dominis prelati et baronibus personaliter comparere et se de prenarrata adversus eum obiecta querimonia expurgare suamque innocenciam ostendere posset, (comparere, nam se de premissis expurgare presto esset et paratus) prefigere dignemur.

Que quum nos cum dominis prelati et baronibus intellexissemus sane – ut debuimus – tunc preter honorem sancte sedis apostolice tum eciam sui ipsius domini cardinalis causa moleste, certe ac graviter tulimus presertim, cum cognoverimus eidem domino cardinali per illos oblocutores manifestam iniuriam fieri et inferri, nam et alioquin nullius alterius est auctoritatis aliquem nota infidelitatis condemnare preterquam nostre maiestatis ac dominorum prelatorum et baronum et universi deinde regni nostri nec aliter eciam nisi altera quoque parte per litteras nostras vocata et audita rei que veritate legitime cognita et inspecta, cum itaque neutrum horum cum prefato domino cardinale observatum fuisse cognoscamus et alias iuxta contenta eciam generalis

decreti nostri nemo quispiam dominorum vel nobilium nota infidelitatis dampnari possit, nisi primum per litteras nostras – ut prefertur – vocatus et in crimine, quod contra eum propositum et obiectum fuerit, evidenter et legitime convictus extiterit, iam ante universos fere dominos prelatos ac barones et ceteros nobiles regnicolasque nostros ad propria redire ac defensionem parcium inferiorum in gentibus adversum Thurcos destinandis atque mittendis confestim providere decrevisse necessarioque superintendere debere et ex eo neque predictum dominum cardinalem pro immunitatis et innocencie sue declaracione ad hanc ipsam dietam venire posse cognoscamus, ideo nos ad huiusmodi supplicacionem contra eundem dominum cardinalem tam indebite clamancium et tanquam rem indebitam ac minus iustam et honestam postulancium accedere atque ipsum dominum cardinalem cum fratribus et familiaribus suis prenarata infidelitatis nota obfuscare et condemnare noluimus, immo illam minime incurrisse declaravimus, sed neque universi domini prelati ac barones accedere et eiusmodi inhoneste rei ac supplicacioni consentire vel locum dare voluerunt, tandem vero presenti die feria scilicet quinta post festum beate Lucie virginis et martiris¹⁹ dominis prelati et baronibus huius regni nostri Hungarie, sed et universis dominis baronibus et plurimis nobilibus regni nostri Bohemie et marchionatus nostri Moravie et ducatus Slesie coram nobis constitutis prefatus dominus cardinalis comparuit et ea omnia, que prius per dictos suos nuncios intimarat et significaverat, personaliter et viva voce gravi cum querela replicare curavit et pluribus efficacibusque rationibus ostendit cruciatam non in perniciem nobilitatis nec in alium malum finem, sed potius pro tutela et defensione huius regni et maxime conservacione castrorum finitimorum publicare et crucem distribuere fecisse, petens nos ut supra scilicet quod si ipse huiusmodi cruciatam de nostra voluntate et consensu publicasset et cruces distribui fecisset, presentibus prefatis dominis prelati baronibus magnatibus proceribus et nobilibus eorundem regnorum nostrorum Hungarie, Bohemie, Moravie et Slesie referre et recognoscere dignaremur.

Nos itaque volentes – ut decet – veritati testimonium perhibere et iusticiam non occultare, quemadmodum prius ita nunc dicimus et in verbo nostro regio recognoscimus et fatemur, quod ipse dominus cardinalis semper nobis et huic regno nostro bene fideliter et utiliter servivit et eciam huiusmodi cruciatam de bona nostra voluntate et certa sciencia ac consensu dominorumque prelatorum et baronum ac consiliariorum nostrorum nobiscum tunc existencium pro regni huius defensione contra Thurcos castrorumque finitimorum conservacione non contra nobiles et eorum perniciem vel alios regnicolas publicare et crucem non pluribus quam – ut premittitur – octingentis vel circa personis ad Jayczam et Crociam mittendis distribuere fecit, ceteri rurales et plebee condicionis homines fraudulenter per semetipsos aut apostatas quosque pres-

19 December 14.

byteros et monachos cruces pro se usurpasse dinoscuntur, malo autem animo nihil omnino ipsum dominum cardinalem in hoc negocio cruciate egisse cognoscimus, quin potius postquam rusticos ipsos huiusmodi cruciata abuti et contra nobiles ac alios regnicolas arma convertisse accepit, mox cruciatam ipsam pro nostra voluntate et mandato revocavit et suspendit atque illos, quibus ipse crucem distribuere fecerat, condescendere et crucem cum eisdem deponere fecit, ceteros vero cuiuscunque conditionis et dignitatis homines, qui pro se propria temeritate et [ausu] sibi usurparant aut ab apostatis monachis vel sacerdotibus acceperant et qui crucem distribuere aut gestarent vel sub colore et nomine cruciate rapinas, cedas, spolia vel alia[m] malorum genera patrarent, publice auctoritate apostolica excommunicare fecit, preterea totis viribus et omni posse simul cum gentibus suis non sine magnis sumptibus suis conductis et appreciatis penes nostram maiestatem ac c[arissimi]mos liberos nostros personaliter assistendo partimque gentes suas contra colluuiem ipsam rusticanam destinando partim vero pro nostre persone et eorundem liberorum nostrorum defensione secum retinendo adversus eosdem rusticos et furorem ipsorum usque ad finem et exitum rei constantissime et fideliter laboravit, proinde eundem dominum cardinalem ac fratres et familiares suos premissam infidelitatis notam minime incurrisse infamiam quoque et ignominiam atque iniuriam a prefatis oblocutoribus suis nullo modo nullaque ratione meruisse accedente ad hoc consilio et assensu eorundem dominorum prelatorum, baronum, magnatum et procerum ceterorumque nobilium predictorum regnorum nostrorum rursus ac de novo declaramus et decernimus.

In quorum premissorum testimonium presentes litteras nostras cirographo nostro consignatas sepe fato domino cardinali duximus concedendas.

Datum Bude predicta feria quinta proxima post festum beate Lucie virginis et martiris anno millesimo quingentesimo quartodecimo.

[Bal alsó sarkában:] Wladislaus rex manu propria.